J 40. h. 18 e

Digitized by Google

Digitized by Google

Urkunden

zur

Deutschen Verfassungsgeschichte

im 11. und 12. Jahrhundert.

Mit einem Anhang:

Ueber Freien- und Schöffengut.

Von

G. Waitz.

Kiel 1871.
Verlag von E. Homann.

46. b. 33
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Herrn

Obertribunalrath Kronsyndicus Professor

Dr. C. G. Homeyer

zur

Feier des funfzigjährigen Doctorjubiläums

28. Juli 1871

in dankbarer Erinnerung

gewidmet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vorwort.

Die Bedeutung der Urkunden für die Verfassungs- und Rechtsgeschichte ist durch neuere Arbeiten immer mehr ins Licht gestellt. Aber vielleicht für keine Periode ist sie grösser als für die Zeit des Deutschen Reichs vom 10ten bis zum 12ten Jahrhundert, wo andere Quellen der Erkenntnis spärlich fliessen, es namentlich fast ganz an grösseren Rechtsaufzeichnungen fehlt, wie sie vorher die Fränkische, später wieder die Staufische Periode besitzen. Urkunden sind aber wenigstens in bedeutender Zahl erhalten, auch aus dieser Zeit wohl grossentheils durch den Druck veröffentlicht; aber sehr zerstreut, schwer zu übersehen; manche wichtige in grossen nicht allgemein zugänglichen Werken fast wie vergraben. Es sind deshalb schon andere darauf bedacht gewesen, solche Stücke durch neuen Abdruck oder auszugsweise Zusammenstellung besser nutzbar zu machen. Dem mag sich diese kleine Sammlung anreihen, die eine Anzahl für die Verfassungsgeschichte der genannten Zeit besonders wichtiger, und doch entweder wenig beachteter oder nicht jedem bequem zur Hand liegender Urkunden vereinigt — die meisten aus Gegenden, die dem neuen Deutschen Reiche fremd sind, aber für die Deutsche

Digitized by Google

Rechts- und Verfassungsentwickelung eine grosse Bedeutung haben —, auch einiges für genauere Zeitrechnung oder Herstellung verderbter Texte zu geben versucht. Sie wird, glaube ich, manchen willkommen sein die sich mit dieser Zeit beschäftigen, kann auch vielleicht Stoff zu weiteren Erörterungen und Untersuchungen bieten. Wohl an jedes dieser Stücke liesse sich ein Excurs über verschiedene Punkte des öffentlichen Rechtes anknüpfen. Ich habe mich begnügt in einem Anhang einiges zusammenzustellen was mit dem Inhalt von Nr. 1 in Verbindung steht, und zu dem der Tag besondere Veranlassung gab, an dem diese kleine Schrift dem hochverehrten Lehrer, der mich in das Studium des Deutschen Rechtes eingeführt hat, dargebracht wird. Möge sie bei ihm und andern Freunden Deutscher Geschichte eine freundliche Aufnahme finden.

G. Waitz.

Digitized by Google

Inhalt.

		Seite
1.	Bischof Theoduin von Lüttich beurkundet, dass der Graf Bruno von Hengebach sein Freiengut an die Kirche Heiligenkreuz in Lüttich verpfändet. 1063.	1
2.	Bischof Udo von Toul setzt die Rechte des Grafen zu Toul fest. 1069.	3
3.	Aufzeichnung über die Uebertragung der Grafschaft Hennegau und der Mark Valenciennes an die Kirche zu Lüttich. 1071. .	8
4.	K. Heinrich IV. beurkundet die wiederholte Verurtheilung des Markgrafen Egbert und die Uebertragung seiner Grafschaft Westergo und Ostergo an die Kirche zu Utrecht. 1089, Juli 1. .	10
5.	Königlicher Landfrieden (von 1097?)	14
6.	Elsasser Landfrieden	15
7 und 8.	K. Heinrich V. bestätigt die alten Rechte der Canoniker zu Lüttich und Mastricht. 1107. Dec. 23 und 1109. . . .	18
9.	K. Heinrich V. und Erzbischof Friedrich von Köln bestätigen den Einwohnern von Staveren ihre alten Rechte. Mainz 1108 (Jan.)	25
10.	Dietrich von Amersfoort belehnt seine Tochter mit dem Gut Davitslaar. 1119, Mai 26.	27
11.	K. Heinrich V. bestätigt den Utrechtern ihre Rechte in Beziehung auf Zollabgaben und Gerichtsbarkeit fremder Kaufleute. 1122, Juni 2.	28
12.	Bestimmung der Rechte des Herzogs von Lothringen und des Klosters St. Dié im Thal Galilaea (zwischen 1115 und 1123).	31
13.	Erzbischof Rainald von Reims belehnt den Bischof Albero von Lüttich mit dem Lehn das zum Schlosse Bouillon gehört. 1127.	33
14.	Herzog Simon von Lothringen giebt Ansprüche auf die er widerrechtlich gegen die Leute des Klosters St. Dié gemacht. 1132.	36
Anhang: Ueber Freien und Schöffengut		39
Register		46

Digitized by Google

Digitized by Google

1.

Bischof Theoduin von Lüttich beurkundet, dass der Graf Bruno von Hengebach sein Freiengut an die Kirche Heiligenkreuz in Lüttich verpfändet. 1063.

In nomine Domini et in nomine Trinitatis Tyetwinus[a] gratia Dei Leodiensis episcopus, perpendens sacre legis auctoritate oblationes[b] et vota fidelium irrita[c] penitus haberi non posse, sed Dei judicio ex sacerdotum arbitrio rata semper et immutabilia consistere, decrevi posterùm[d] notitie demandare, que in subjecta nobis ecclesia[e] sancte Crucis diebus nostris ex oblatione fidelium in donariis Domini illata sunt, que sicut Dei judicio rata esse nullo modo ambiguntur[f], sic nostra quoque sententia haberi immutabilia decrevimus ac presentis auctoritatis nostre privilegio communivimus. Hec autem sunt que dicimus: Bruno comes de Hengebach [a g] fratribus canonicis ejusdem ecclesie sancte Crucis per manum nostram de thesauro ipsius ecclesie mutuam accepit pecuniam, videlicet marchas argenti trecentas, quas fidelium devotio contulerat, sueque[h] libertatis predium in Harvia cum tota ipsius predii familia in presentia nostra coram[i] multis potentibus et nobi-

a) Tyecwinus R. E. b) oblationis R. c) irrata R.
d) poterum R. e) ecclesiae R. f) ambiguuntur *das Chart.*
g) *fehlt* R. E. h) seque R. i) eorum R.

Digitized by Google

libus viris, tam clericis quam laicis, ad altare sancte Crucis tradidit et a se in jus et possessionem ecclesie transire fecit, advocatiam tamen ipsius predii sibi retinuit suisque legitimis heredibus post se tenendam reliquit, et hoc ab ipso Brunone definitum et ab universis qui presentes fuere laudatum est, ut tam diu ecclesia[a] jam dictum predium securo et quieto jure possideat, donec quilibet ipsius Brunonis heres legitimus et hujus predii advocatus predicte pecunie summam ex integro restituat; interim ecclesia jam dictum [predium[b]] libere teneat per dominum, non tamen quasi datum pro commodata pecunia vademonium; cum vero quilibet heres Brunonis legitimus ipsum predium[c] redimere voluerit, sic ei redimere licebit, ne nullo modo pro hac redemptione alteri[d] ecclesie seu cuilibet ecclesiastice secularive persone hoc ipsum predium invadiare aut aliunde aliquatenus nisi ex proprio suo redimere possit omnemque pecuniam, id est trecentas marchas argenti, ex integro simul restituet ecclesie, nec acceptos supputare fructus poterit in hac quantitate pecunie, quia votum[e] et oblatio Brunonis est et hos fructus interim concessit et constituit fratribus et canonicis in elemosinam, ut in orationibus suis parentum suorum et sui ipsius habeant memoriam. Hujus ergo[f] traditionis sive conditionis executionem et seriem[g] carta presenti confirmavimus et sigillo nostro munivimus. Testes autem hii adhibiti sunt: Hugo prepositus Sancti Lamberti Sanctique Servatii, Wibado decanus, Godescalcus[h] archidiaconus, item Godescalcus, Hermannus[i] archidiaconus, Wolbertus prepositus Sancte Crucis, Godezo decanus, Niczo[k] scholasticus, Boso, Ferulvus[l] et alii multi ex clero Leodiensi. Item laici: Fredericus dux, Albertus comes Namurcensis, Lambertus de Laoule[m], Albertus de Tienbeche[n], Elbertus de

a) ecclesiae R. E. b) *fehlt* R. E. c) prae R.
d) altari R. e) notum R. E. f) erga R. g) seriam R. E.
h) Gold. E. i) Hermanus R. k) Nizo E. l) Ferrulvus R.
m) Looule R. n) Tiembeche R.

Digitized by Google

Bugeis, Hermannus de Grueles[a] et Cunno frater ejus, Ewrinus de Waldemont, Steppo de Mullanz et alii multi. Et si quis hec aliquando iniquo fraudis cujuslibet machinamento infregerit, si tertio commonitu non resipuerit, hunc auctoritate Dei omnipotentis et nostra anathematizatione execramus et eterna Dei regni hereditate privamus. Actum Leodii anno ab incarnatione Domini 1063, indictione prima, regnante imperatore Henrico III.[b] anno regni ejus 8.

Die Urkunde ist zuerst von Baron de Reiffenberg herausgegeben in dem Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire T. VIII (1844), S. 299, aus dem Chartular der Kirche S. Crucis v. J. 1379, f. 85, im Archiv zu Lüttich, mit verbessertem Text von Ernst, Histoire de Limbourg T. VI (1847), S. 107. Manche gemeinschaftliche Fehler waren leicht zu beseitigen. Ueber den Inhalt der Urkunde s. den Anhang.

2.

Bischof Udo von Toul setzt die Rechte des Grafen zu Toul fest. 1069.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Udo gratia Dei Leuchorum episcopus. Divini servitii opus est discordiam et contentionem inter partes dissidentes evellere et justitia mediante pacem et concordiam inserere, dum Deus, qui est summum bonum, pax vera creditur existere. Quapropter noverit universitas fidelium praesentium et futurorum, quod nostro tempore fuerit comes hujus Leuchorum urbis, cui Deo auctore praesidemus, Arnulfus[c] nomine, qui suis exigentibus culpis depositus est a comitatus honore, maxime quoniam sua cupiditate plurimum ag-

a) Grueler R. b) IIII. R. c) Arnulfi C.

Digitized by Google

gravabat pauperes nostrae ecclesiae. Itaque credens utile fore, si res hujus civitatis ad comitatum pertinentes stylo et memoriae traderemus, institimus protinus, quatenus ea, quae ab antiquioribus nostrae diocesis veraci relatu didicimus de rebus nostrae ecclesiae, scripto commendaremus. Nam majoribus nostrae ecclesiae congregatis, exegi cum sacramento, ut veraciter edicerent, cujusmodi esset honor comitatus hujus urbis, qualiter tenuerunt illum antiqui comites, scilicet Raimbaldus et Rainaldus major, filius ejus, atque Rainaldus minor, qui cum summo honore ac prosperitate hanc urbem rexerunt et defensaverunt temporibus nostrorum antecessorum sanctae memoriae Gerardi, Stephani, Bertoldi, Herimanni et beatae recordationis papae Leonis cognomento Brunonis, ut ea conditione, qua in hac[a] carta esset scriptum, traderemus successori comitis Arnulphi honorem comitatus, atque ejus omnes successores in perpetuum hoc pacto hanc dignitatem susciperent, nec amplius vel alio modo, quam hic inveniretur scriptum, pauperes ecclesiae nostrae opprimerent.

(1). Igitur comes non habet ullam potestatem infra civitatem propter ullam justitiam faciendam nec ullum bannum.

(2). Sicut[b] in Gruria currit in circuitu montis Barri, debet ducere sulcum circum vindemias recto tempore[c] ad 60 pedes usque ad siliculam. Et si qua justitia contigerit infra sulcum tempore quo custodiendae sunt vineae, ipse accipiet tertiam partem justitiae et episcopus duas, secundum consilium villici et scabinorum; et ejus custodes non debent intrare vineas, nisi persequantur latronem. Nec debet dare ulli licentiam vindemiandi sine consensu villici et meliorum civitatis; et postquam communis con-

a) hoc C. b) *Diese Worte sind undeutlich, vielleicht corrumpiert, wie schon Calmet vermuthet, der sie aber mit den vorhergehenden verbindet und, gewiss unrichtig, vor* debet *ein Punkt setzt, dann mit Semicolon vor* recto *interpungiert.* c) tenore C *am Rande.*

Digitized by Google

sensus fuerit abbatum et clericorum et villici et meliorum civitatis de die vindemiandi, non currit amplius ejus bannus intra montem Barrum. Tamen abbates de Sancto Apro et de Sancto Mansueto et congregatio sancti Stephani sanctique Gengulphi et sancti Aniani debent uno die aut duobus ante alios vindemiare. Et propterea dant quisque modium vini inter comitem et villicum. Et si hoc comes non disposuerit, carebit modio vini.

(3). In suburbio si tumultus ortus fuerit et sanguinis effusio vel latrocinium contigerit, ipse de justitia habebit tertiam partem et episcopus duas, consilio villici et scabinorum.

(4). Si extraneus aperuerit tonnam suam ad sal vendendum, minister comitis accipiet manum plenam salis. Si autem civis aperuerit tonnam suam, nihil inde accipiet comes.

(5). Tria placita vicedominalia habet in anno comes in villa. Ad quae placita non venient milites nec praebendarii episcopi et congregationum sancti Stephani et sancti Apri sanctique Mansueti et sancti Gengulphi nec praebendarii clericorum vel militum episcopi. Et si justitia ita facta fuerit, habebit comes tertiam partem et episcopus duas, consensu villici et scabinorum. — Si latro fuerit convictus ante eum, et ipse latro fuerit capitali censu subditus alicui ecclesiae hujus episcopatus, pretium super eum inventum erit domini sui, et corpus erit comitis et episcopi; quod si ipse se redemerit, tertia pars redemptionis erit comitis et duae episcopi, ipse vero redibit ad dominum suum. Si autem extraneus fuerit latro, de pretio super eum invento erit tertia pars comitis et duae episcopi; quod si redemerit vitam suam, similiter et corpus erit utrorumque, nisi proprius dominus eum prosecutus fuerit.

(6). Alienigenae, id est warganei [a], qui manserint in

a) *Vielleicht* warganci = wargangi.

Digitized by Google

banno, dabunt comiti 4 denarios singulis annis festo sancti Remigii. Et si inde aliquis[a] negligens fuerit, reddet comiti capitale. De justitia autem erunt duae partes episcopi, tertia comitis, secundum consilium villici et scabinorum.

(7). Stratam publicam et metas debet custodire comes. Et si justitia inde fuerit facta, tertia pars persolutionis erit comitis, duae vero episcopi, consilio villici et scabinorum. — Latronem non capient ejus ministri nisi in strata publica. Quod si latro fugerit intra alicujus mansum, ministri comitis non persequentur eum intro sine permissu illius cujus fuerit mansus et conductu villici ipsius banni.

(8). Si duellum fuerit factum in 7 antiquis potestatibus quae pertinent ad coquinam episcopi, de persolutione erit tertia pars comitis et pars tertia episcopi, consilio villici et scabinorum ipsius villae.

(9). Mensuras quascumque faciet villicus et scabinei absque comite. Sed si aliqua earum fuerit falsata inventa, de justitia accipiet comes tertiam partem et episcopus duas, consilio villici et scabinorum.

(10). Monetam mutabit episcopus consilio suorum officialium sine comite. Quae si falsata fuerit inventa, ille qui convictus fuerit de justitia dabit tertiam partem comiti et episcopo duas.

(11). Omnia officia civitatis mutabit episcopus et villicus ejus sine comite, excepta custodia portae. Quam custodiam proferet comes et villicus in pleno placito. Quod si inde contigerit redemptio, comes accipiet tertiam partem et episcopus duas, consilio villici et scabinorum. Postquam autem custodia portae fuerit stabilita laude communi et meliorum civitatis, non mutabitur, nisi publice a pluribus et melioribus fuerit de culpa accusatus.

(12). In 7 supradictis potestatibus episcopi non hospitabitur comes nec inde accipiet ullum debitum vel ser-

a) alias C.

Digitized by Google

vitium praeter[a] eulogias et carratas vini, quas ei dant officiales. Si ergo eis vinum defecerit, persolvent 10 solidos pro carrata vini. Et si officiales episcopi eulogias persolvere non poterunt, dabunt pro eis 7 solidos. Praeter haec nihil habet comes in praedictis potestatibus episcopi. Quod si ibidem amplius quid acceperit, injuste pauperes homines episcopi tractabit.

(13). Si ergo de hujusmodi rebus quae ex antiquo tempore antecessores comitis[b] gratanter tenuerunt aliqua contentio orta fuerit inter episcopum et comitem, communi laude et consensu utrorumque decernant res sacramento 7 hominum hujus ecclesiae bene credentium.

(14). Praeterea si comes obviaverit alicui inimicorum suorum vel eum invenerit infra banni leugam, si ipse homo fuerit inimicus episcopi, licebit comiti eum capere sine scitu episcopi; si autem non fuerit inimicus episcopi, non licebit comiti eum capere sine laude episcopi vel advocati civitatis.

Hac igitur conditione Friderico comiti, qui loco superius dicti Arnulphi est subrogatus, comitatum dedimus, ut nihil super has consuetudines a pauperibus nostrae ecclesiae exigeret, sed haec omnia inconvulsa absque ulla refragatione conservaret et sibi succedentibus in perpetuum conservanda relinqueret.

Ut autem hujuscemodi consuetudines ad comitatum pertinentes de pauperibus nostrae ecclesiae rite et legitime corroboratae perpetualiter permaneant, in hujus scripti monumento nostris successoribus ad recognoscendum relinquimus et[c] subscriptis testibus ad corroborandum[d] deinceps tradidimus.

In villis etiam et in mancipiis et in rebus ubique jacentibus ad praebendam canonicorum pertinentibus nullam justitiam, nullum servitium, nisi ei fuerit sponte oblatum,

a) propter C; *wo am Rande:* praeter. b) comites C.
c) ut C. d) corroborandam C.

Digitized by Google

nullam hospitalitatem comitem habere, manifeste recognovimus; sed omni sua potestate saeculari exclusa, nostra et successorum nostrorum, canonicorum tantum libero arbitrio disponantur.

Haec omnia supradicta sigillo nostro sub anathemate signavimus.

Ego Udo Dei gratia Leucorum episcopus signavi.

Signum Stephani archidiaconi. S. Lamberti archidiaconi. S. Roberti archidiaconi. S. Odelrici archidiaconi. S. Hugonis archidiaconi. S. Lamberti junioris archidiaconi. S. Rodulphi archidiaconi. S. Odelrici praepositi Sancti Gengulphi. S. Gerardi Lothariensium ducis. S. Luthulphi comitis. S. Haymonis comitis. S. Odelrici de Nanceio. S. Alberti. S. Valfridi. S. Everardi. S. Milonis. S. Henrici advocati. S. Himari villici. S. Walteri vulnerati (?). S. Sigifridi scabini. S. Henrici.

Actum anno ab incarnatione Domini 1069, indictione 7, Henrico IV. rege Romanorum regnante 13. anno regni ejus.

Ego Walterus decanus et archidiaconus et cancellarius recognovi et subscripsi.

Ego Hermannus sacerdos vice Valteri cancellarii scripsi et subscripsi.

Die Urkunde ist gedruckt bei Calmet, Histoire de Lorraine I, Preuves S. 466; Edit. 2 II, S. CCCXXXVIII.

3.

Aufzeichnung über die Uebertragung der Grafschaft Hennegau und der Mark Valenciennes an die Kirche zu Lüttich. 1071.

Anno dominice incarnationis 1071.[a] in die 9. mensis

a) 1076 *die Abschrift.*

Digitized by Google

[Maji[a]] H. quartus Romanorum rex Leodium veniens, divina instinctus clementia, dedit Sancte Marie [et[b]] Sancto Lamberto comitatum de Hainou et marchiam Valenti[nian]am[c] cum omnibus beneficiis, cum castris, cum abbatibus, cum prepositis, cum omnibus potentatibus et militibus suis, jure perpetuo dedit et donavit, datum ad altare per manum advocati sui legaliter tradidit, presente comitissa Richelde . . . . et annuente cum filio Balduino; et ibidem in presentia regis et omnium principum dux Godefridus miles effectus est domni episcopi Dietwini, accepto ab eo hoc beneficio. Ipsa vero comitissa ducis effecta, hoc idem accepit a duce beneficium, ea scilicet ratione, ut, si dux non fuerit vel filius hereditarius, ab episcopo requireret beneficium ipsa vel filius vel filia, sic tamen filia, si consilio[d] episcopi voluerit uxorari et ipse maritus liberalitatem voluerit episcopo facere; quod si hi defuerint aut ab episcopo non requisierint militari jure, omnes milites cum castris et beneficiis in manum episcopi veniunt et in ejus dominatu ultra manent; quod si ipsi milites non velint cum episcopo remanere, posteaquam renuntiaverint per 40 dies ad ejus fidelitatem servabunt ipsa castra, et reddita per 15 dies, si necesse fuerit, adjuvabunt detinere; quod si forte renuerint aliquo modo castra esse tradenda, cum omni cautela hoc episcopo curabunt nuntiare, et si fuerint tradita, summo studio et episcopi adjutorio requirent; quod si qui hanc non voluerint observare fidelitatem et sacramenti fidem, qui[e] in turribus morantur et munitionibus presunt, servent eas ad presentiam episcopi, donec libere potiatur. Sic factum est sacramentum et sic susceperunt observandum, anno ordinationis regis 17, regni autem 15.

Gedruckt Ernst, Histoire de Limbourg VI, S. 109, aus Langius, Collectio variorum diplomatum et actorum ecclesiae

a) *fehlt in der Abschrift.* b) *fehlt* E. c) Valentiam E. d) concilio E. e) concilio E. f) si qui E. *Der Herausgeber meint, dass vor* si *etwas fehle.*

Digitized by Google

et patriae Leodiensis ex archivis ecclesiae cathedralis ecclesiarum collegiatarum et monasteriorum, damals im Besitz d. Hn. de Lantremange, f. 68′; darnach Duvivier, Recherches sur l'ancien Hainaut S. 413. Eine frühere Ausgabe von Reiffenberg, in Nouv. mémoires de l'académie de Bruxelles 1831 S. 71 N. citiert Arndt, Note zur Ausgabe von Gisleberts chron. Hannoniae, SS. XXI, S. 493, dessen ausführliche Darstellung zu vergleichen ist. Kürzer, erwähnen der Sache die Gesta abbatum Lobiensium c. 14, ebend. S. 318.

4.

K. Heinrich IV. beurkundet die wiederholte Verurtheilung des Markgrafen Egbert und die Uebertragung seiner Grafschaft Westergo und Ostergo an die Kirche zu Utrecht. 1089, *Juli* 1.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Henricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Regum vel imperatorum persona, sicut inter homines est altissima, ita ad deponendum vel judicandum hominibus est periculosissima. Quod considerantes sancti patres, regum vel imperatorum persecutores sicut Dei ordinationi resistentes inremediabili penae decreverunt subjacere, altitudini[a] reatus comparantes altitudinem vindictae, vix et nonnisi multum penitentibus relinquentes spem veniae in futuro, quam negant in praesenti seculo. Quorum sententiam Egbertus quondam marchio non timuit, dum in nostram et depositionem et mortem consilium et auxilium Saxonibus et aliis[b] nos persequentibus dedit, non recordatus, quod noster miles, marchio et consanguineus et, quod majus est, noster juratus fuit. Nos autem consan-

a) altitudine M. b) talis vel selis M. *als Var.*

Digitized by Google

guinitatis memores simulque pueritiae ejus parcentes, nullam vindictae vicem ei rependimus, sed penitentem statim recepimus et omnia[a] quae lege perdiderat ex gratia sibi reliquimus et ne denuo in nos peccaret credidimus. Ille vero hac de spe nos ejecit, quia, mox in Saxoniam de Roma revertentes intravimus, eundem marchionem, quem praediximus, tanto crudeliorem quanto occultiorem inimicum invenimus. Qui enim nobis venientibus cum exercitu verbis pacificis amicum mentitus fuit, recedente a nobis exercitu, sicut in terra pacificata manentibus statim inimicus indicio inde apparuit, dum nos nihil mali timentes imparatos occidere voluit. Quod ubi compertum habuimus, quod faciendum erat fecimus, videlicet nos cum nostris Saxoniam relinquentes ad alia regna nostra transivimus, velociterque collecto exercitu copioso, Saxoniam intraturi, prius Duringiam intravimus, ubi congregati principes Saxoniae et Duringiae[b] et aliorum regnorum in loco qui dicitur Wehemar, Egberti praedicti quondam marchionis omnia bona nostrae potestati adjudicaverunt, dicentes, regni vastatorem et in regno regnantis domini sui persecutorem regni bonis recte privari debere ipsumque a regni finibus persequendum fore. Quorum justo judicio confirmationem astipulantes, bona ejus in nostram potestatem accepimus, de quibus comitatum quendam in Fresia, qui vocatur Westergouwe et Oostergouwe, Sancto Martino ad ecclesiam Christi ejusque nomini in Trajecto dicatam sub confirmatione cyrographi nostri firmando tradidimus, tradendo confirmavimus, pro amore domini Jhesu ejusque dilecti confessoris Martini et pro petitione ac servitio dilectissimi ac fidelissimi nostri Conradi ejusdem ecclesiae episcopi. Dolens ergo Egbertus idem quondam marchio se privatum comitatu tanto, penitentia ductus, per principes nostros nobis mandavit multumque supplicavit, ut eundem comitatum sibi redderemus, tali tenore, ut nunquam

a) omnia sua M. *als Var.* b) Thuringiae M. *als Var.*

Digitized by Google

eum nobis infidelem sentiremus et per eum regni principes dispersos in unitatem cogeremus. Quod ita verum sperantes, comitatum, quem praediximus Sancto Martino dedisse, invito episcopo Conrado reddidimus Egberto. Cui in Saxonia et in Thuringia commisimus omnia nobis servanda, ut intrantibus vel exeuntibus nobis cuncta forent prospera. At ille statim ut de Saxonia eximus[a], ad antiquam perfidiam revertitur, omnia nobis impedimenta machinatur. Iterum ergo in Saxoniam reversi sumus, ubi collecti principes Egbertum fugientem nec pro justitia nec pro misericordia satisfacere volentem praescripto judicio dampnaverunt. Nam Sigefridus, Ottonis quondam ducis filius, Egbertum ut publicum regni hostem et domini sui imperatoris inimicum persequendum judicavit. Henricus autem marchio suique aequales, marchia aliisque bonis suis privari debere Egbertum eundem, judicaverunt, sibique ablata nostrae potestati assignaverunt, praesentibus ibi, videlicet Quintilineburc, regni principibus assensumque praebentibus Hardwigo Magdeburgensi, Liemaro Hamburgensi archiepiscopis, Erphone Monasteriensi, Guntero Numburgensi, Volmaro Mindensi, Hemezone Halverstadensi, Utone Hildesheimensi, Wernhero Merseburgensi, Roberto Babenbergensi[b] episcopis, laicis Diemone, Diderico, Ottone ceterisque fidelibus nostris diversarum dignitatum nomina sortientibus. Sed nos adhuc exspectantes, castella ejusdem Egberti obsedimus, magis respectu ad nos eum recolligendi quam de nobis repellendi. Ille vero apposuit iniquitatem super iniquitatem, ausus contra nos levare gladium et erecto vexillo nos impugnando, quod Deus permisit in nos et in nostros commisit, qui etiam episcopum et alios clericos trucidavit, quod jam non tantummodo bonis suis, sed etiam vita privari meruit. Unde auferentes ei omnia bona sua sine spe recuperandi, comitatum, quem Egberto juste ablatum Sancto Martino Trajectensi dedi-

a) exivimus M. *als Var.* b) Babenburgensi M.

Digitized by Google

mus, Sancto Martino postea injuste ablatum Egberto reddidimus, nunc et in aeternum Egberto justissime ablatum Sanctoque Martino Trajectensi redditum, Conrado Trajectensi episcopo suisque successoribus episcopis perpetualiter tradidimus, ea ratione, ut nullus successorum nostrorum regum vel imperatorum nec nostra ipsissima persona, etiamsi velimus, nullo modo Trajectensi ecclesiae unquam auferre possimus. Cujus rei testem hanc cartam scribi jussimus, quam, ut infra videtur, manu propria corroboratam nostrique sigilli impressione insignitam omnium seculorum notitiae relinquimus.

Signum domini Henrici tertii Romanorum imperatoris augusti.

Hermannus cancellarius vice archicancellarii recognovi.

Data est autem Kal. Febr. anno dominicae incarnationis 1089, indictione 12, anno ordinationis domini Henrici 35, imperii autem 6. Actum Ratisponae in Dei nomine feliciter amen.

Gedruckt Mieris, Groot Charterboek der graven van Holland I, S. 73, nach zwei Exemplaren; wiederholt Schwartzenberg, Groot Placaat en Charterboek van Vriesland I, S. 68 (Böhmer Reg. 1930; Stumpf 2893). In der vorhergehenden Urkunde vom 7. Febr. 1086 (Böhmer 1923; Stumpf 2879) heisst es:

Ob hujusmodi culpam illius comprovinciales tam Saxones quam Turingi cum ceteris principibus nostris coram nobis ex jure gentium inde sententiam proferentes, ipsum sicut manifestum hostem regni et imperii Romani persequendum censuerunt, praedia vero ejus et quae a nobis habuerat beneficia imperiali nostrae ditioni ac potestati adjudicarunt,

und in der Unterschrift:

praesente domini Henrici imperatoris exercitu, mox ut in Egbertum fuerat judicium pronunciatum;

in einer andern vom 3. April 1086 (Böhmer 1923, Stumpf 2880):

Ob hujusmodi culpam comprovinciales ejus Saxones et Turingi praesentibus nobis et principibus nostris in ipsum judiciario ordine quaesitam sententiam proferentes, eum sicut manifestum inimicum imperii nostri persequendum censuerunt,

Digitized by Google

praedia vero et quae a nobis tenuerat beneficia nostrae ditioni ex jure gentium et consensu omnium qui aderant adjudicaverunt.

Es sind die ausführlichsten urkundlichen Nachrichten über die Verurtheilung eines Fürsten vor der bekannten Gelnhäuser Urkunde Friedrich I. die wir haben.

5.

Königlicher Landfrieden (von 1097?)

(1). Omnibus aecclesiis earumque atriis, monachis, clericis, conversis, mercatoribus, exceptis his qui equos extra regnum nostrum vendunt, pacem juravimus et his qui etiam eandem pacem nobis jurant vel juraverunt vel juraturi sunt; et hoc sacramentum servaturi sumus hinc ad pascha et inde[a] ad duos annos.

(2). Confirmatum est etiam jurejurando, ut, si quis furtum fecerit in pretio unius solidi, verberetur et dupliciter solvat.

(3). Si quis ultra precium quinque solidorum furetur aut pacem violare praesumpserit aut virginem rapuerit, oculi ejus eruantur, aut pes aut manus abscidantur.

(4). Qui virginem rapuerit, si in aliquo castro obsideatur, castrum diruatur, perfuga diffinitum[b] patiatur.

(5). Si conjuratores[c] nostri aliquem de supra dictis causis reum insequentur vel noster exercitus pro communi causa aliquo ierit, tantum quis accipiat quantum sibi et equo suo sufficiat, cetera ibidem relinquat.

(6). In omni itinere fenum herba ac lignum edificiis non adaptatum licenter aufertur.

(7). Si qua conquestio de prediis et beneficiis oriatur, apud rectores nostros discutiatur.

a) idem *Hs.* b) *Vielleicht* diffidantiam, diffidamentum *oder ein ähnliches Wort.* c) Sicut juratores *Hs.*

Digitized by Google

Aus der Münchener Handschrift Lat. Nr. 6294, Fris. 94, f. 165′, von Föringer abgeschrieben und im Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde VII, S. 797 gedruckt, für mich gefälligst von Hrn. Oberbibliothekar Halm noch einmal verglichen. Pertz ist geneigt die Urkunde in das Jahr 1122 zu setzen. Der Friede schliesst sich aber nahe an das an was Bernold 1093 von einem zu Ulm abgeschlossenen Frieden berichtet, SS. V, S. 457: Deinde firmissimam pacem tam duces quam comites, tam majores quam minores se observaturos a 7. Kalend. Decembris usque in pascha et a pascha in duos annos juraverunt: videlicet omnibus monachis sive conversis et clericis catholico episcopo subjectis, ecclesiis et earum atriis et doti earum, mercatoribus et omnibus eodem juramento obligatis, excepto Arnoldo invasore Constantiensis aecclesiae et omnibus ejus fautoribus. Hanc pacem singuli principes qui convenerunt unusquisque (so ist statt 'usquequisque' zu lesen) per potestatem suam usquequaque jurare fecerunt. 1094 erzählt er, dass der Friede auch in Baiern, Franken und Elsass angenommen sei; alles in Abwesenheit des Kaisers. Wir haben hier aber ohne Zweifel ein Friedensgesetz in seinem Namen für das Reich erlassen, und es liegt da wohl am nächsten an 1097 zu denken, wo Heinrich nach seiner Rückkehr aus Italien, wie Ekkehard erzählt, SS. VI, S. 209: Moguntiae cum principibus colloquium de pace habuit circa Kalendas Decembris. Es ist wahrscheinlich genug, dass man sich da an den vorher in einem grossen Theil des Reichs angenommenen Frieden anschloss.

6.

Elsasser Landfrieden.

Notum sit omnibus pacem cupientibus, qualiter Alsatienses cum suis primatibus subnotatam pacis editionem juxta conprovincialium suorum decretum conjuravere et conjuratam perpetuo, prout homini licet, in hunc modum confirmavere:

Digitized by Google

(1). Pacem vero precipue et semper et ubique omnibus ecclesiis et earum atriis; pacem clericis omnibus et feminis, mercatoribus, venatoribus et causa orationis transeuntibus et agricolis dum operantur in agris vel ad agrum exeuntibus vel redeuntibus.

(2). Hujus autem condictionis observantiam in dies et in tempora considerate distributam, a vespera scilicet quarte ferie usque ad ortum solis ferie secunde et in legitimis vigiliis et in canonisatis sanctorum festivitatibus et in quatuor jejuniorum temporibus et ab adventu Domini usque ad octavam epiphanie et a septuagesima usque ad octavam pentecostes, ita jurejurando sanxere, ut nullus in hujus condictionis termino arma ferat, exceptis necessario transeuntibus, exclusis omnibus publicis regie majestatis hostibus.

(3). Quicumque autem in prenominatis diebus et temporibus aliquem suum conjuratorem aut rapina aut incendio aut captivitate aut aliqua temeraria presumptione infra curtis aut domus ipsius conseptum aut conclave invaserit aut aliquem ad sanguinis effusionem temere percusserit, liber capitali sententia puniatar, servus autem manu privetur.

(4). Si quis hujus conditionis reum occultaverit vel occultatum aufugere fecerit, ipse rei damnationi subjaceat.

(5). Et quisquis furore vel aliqua hostili occasione conjuratores suos injuste acclamaverit vel temere evocaverit, et liber et servus prefata damnatione puniatur.

(6). Et si quis aliqua intentione quasi reus acclamatus fuerit et ipse innocentie sue expurgationem appellaverit, liber vel personatus serviens, si infra patriam est, post 7 dierum inducias cum totidem sue comparitatis testibus se[b] expurget, plebejus autem et minoris testimonii rusticus aque frigide judicio.

(7). Si quis sicli unius aut duorum pretii furtum aut predam fecerit, corium cum capillis perdat; si secundo

a) summa R. G. b) se exp. *fehlt hier, steht nach* frigide R.

Digitized by Google

vel tanti vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu privetur; si tertio, absque omni dubietate suspendatur.

(8). Si autem publica imperatoris expeditione aut condictionali[a] excitati fuerint acclamatione, tribus diebus proprio pergant victu. Si autem iter prolixius fuerit, caballorum tantum cibaria et ad vescendum sumant necessaria, et nihil preter herbam, olera, poma, ligna et que ad venatoria pertinent exercitia tollere presumant.

(9). Equi autem admissarii, qui[b] vulgariter stuot vocantur, et vinee et segetes sub hac pacis condictione perpetuo permaneant, nisi forte aliquis ad pascendum equum suum in transeundo indigeat, sumat quod in pascendo sufficiat, in via tamen publice.

(10). Quod quisque ante hujus condictionis decretum aliquo vel proprietatis vel regiminis jure possedit, et nunc eodem jure possideat.

(11). Si quis autem sese ab hujus pacis sacramento subduxerit aut jurasse falso confessus fuerit, prenotato testium numero predictoque testimonii judicio, si infra hujus decreti terminum conversari voluerit, affirmet. Et si affirmare noluerit vel aliqua occasione contradixerit, aut condictionali[a] legi subjaceat, aut discedens discedat.

(12). Summopere autem omnibus hujus decreti invigilandum est et providendum auctoribus, ne quid in hac condictione temere agatur et sine discretione.

(13). Ad hujus sacramentum juniores semper inducantur vel etiam cogantur, hoc attendentes, quia quanto juniores tanto negligentiores.

(14). Et ne tam utile tamque[c] sacrosancte pacis decretum odiose negligatur, a sacerdotibus diligenter caveatur, et quia Leonis pape banno sancitum est, cunctis dominicis diebus constanter doceatur; et semper in quarte ferie vespera Dei pacis adventus, ut oportet, cum sonitu campanarum publice indicetur.

a) conditionali R. G. b) quod G. R. c) dumque G.

Digitized by Google

Zuerst gedruckt bei Beatus Rhenanus, Rerum Germanicarum libri III ed. a. 1532 S. 97, und daraus von Goldast, Const. imp. II, S. 47 wiederholt, dann bei Grandidier, Histoire d'Alsace, Preuves I, S. CCLXV: 'Ex manuscripto Bibliothecae Beati Rhenani, quae servatur Selestadii'.

Kluckhohn, Gottesfrieden S. 67, hat die Echtheit ohne Grund bezweifelt; Stobbe, Geschichte der Rechtsquellen I, S. 476, dies interessante Denkmal gar nicht erwähnt; dagegen Giesebrecht, Kaisergeschichte III (3. Aufl.), S. 639, mit Recht wieder auf dasselbe aufmerksam gemacht. Er setzt es wie alle früheren unter Heinrich III. Doch scheint es mir sehr zweifelhaft, ob damals schon eine solche Landfriedenseinigung, die den Gottesfrieden vollständig in sich aufgenommen, in Deutschland beschworen worden ist. Die Bezugnahme auf den Bann Papst Leo IX. wird das allein schwerlich darthun, da man gewiss auch später auf eine von ihm ausgegangene Bestätigung des Gottesfriedens gerade im Elsass geneigt sein mochte Rücksicht zu nehmen. Manche Ausdrücke des Friedens finden sich in den Urkunden der Bischöfe Otto und Cuno von Strasburg aus dem Ende des 11ten, Anfang des 12ten Jahrh. wieder (so steht *condictio* für Vertrag in der Ottos 1097, Schöpflin Alsatia diplomatica I, S. 178; *aliis sue comparitatis*, Urk. Ottos v. 1096, Grandidier II, S. CLXXI, und ähnlich Würdtwein Nova Subsidia VII, S. 11. 30; mit den Worten (c. 13): *Quanto juniores tanto negligentiores* beginnt Otto eine Urkunde 1096, Grandidier S. CLXX, und ebenso Cuno 1119, Würdtwein S. 29), und ich bin daher geneigt das Actenstück in die späteren Jahre Heinrich IV. zu setzen, gleichzeitig mit den Landfrieden aus Schwaben die LL. II, S. 61 gedruckt sind.

---

7 und 8.

K. Heinrich V. bestätigt die alten Rechte der Canoniker zu Lüttich und Mastricht. 1107. *Dec.* 23 *und* 1109.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Henricus

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus

Digitized by Google

Dei gratia quintus Romanorum rex. Notum sit universis ecclesiae catholicae filiis, quoniam rediens de expeditione in Robertum comitem Flandriae facta Leodium veni; ubi decenter et honorifice ecclesiae occursu exceptus et in conventu fratrum frater ipse effectus, has subscriptas leges paternas, antiquissima inquam privilegia in medium producta recepi, inspexi, postmodum, Oberto ejusdem ecclesiae episcopo praesente et ipso cooperante, legitime renovanda et perpetuo corroboranda decrevi. Sunt autem haec:

(1). Si quis rusticus aliquam angariam nostram[a] nobis de villa prosecutus fuerit, nullum forense judicium sustinebit, sed etiam si reus fuerit, in illo cujuscunque canonici obsequio, eundo vel redeundo ipse cum suis omnibus liber erit.

(2). Item si alicujus canonici serviens, qui in convictu suo sit, aliquid in civitate peccaverit[b], nullum fo-

Dei gratia quintus Romanorum rex. Notum sit universis aecclesiae catholicae filiis, qualiter interventu fidelis nostri Adelberti cancellarii et prepositi aecclesiae sancti Servatii in Trajecto et communi peticione fratrum ejusdem aecclesiae asscriptas leges antiquissimo tempore eidem aecclesiae traditas in medium productas recepimus, postmodum coram multis principibus regni nostri legitime[c] renovandas et in perpetuo corroborandas regia auctoritate decrevimus. Sunt autem hae:

(1). Si quis rusticus aliquam angariam prepositi aecclesiae vel fratrum de villa prosecutus fuerit, nullum forense judicium sustinebit, sed etiam si reus fuerit, quamdiu in predictis aeclesiae prepositi vel canonicorum detinetur obsequiis, eundo et redeundo cum suis omnibus liber erit.

(2). Item si aliquis ministerialis prepositi famulus, qui de familia aecclesiae fuerit vel beneficium aecclesiae

a) *vielleicht:* canonici de. b) patraverit Ch. c) et l. r., in F.

Digitized by Google

rense judicium sustinebit, nisi publicus mercator fuerit; sed in refectorio Sancti Lamberti forensi potestati vel cuicumque reus fuerit, domini sui conductu cujus cliens est, judicio parium suorum claustralium servientium satisfaciet; nullum vero teloneum solvet.

(3). Item si quis de convictu alicujus canonici non fuerit, sed beneficium ab eo habuerit et homo ejus fuerit, domini sui conductu ante ipsum episcopum veniet et judicio parium suorum, qui ab ipso episcopo vel a quolibet canonico beneficia obtinent, satisfaciet[a]. — Item si non cliens vel beneficiatus suus sed aliquis[b] tantum legationis vel visitationis gratia ad canonicum vel de manu prepositi habuerit, sive apud villas sive in Trajecto manens, vel si alicujus canonici serviens proprius vel precio conductus, qui in cotidiana sua familia et in convictu suo sit, aliquid in civitate peccaverit, nullum forense judicium sustinebit, nisi publicus mercator fuerit; sed, si prepositi ministerialis fuerit, in domo sua, si vero alicujus canonici serviens fuerit, in refectorio Sancti Servatii forensi potestati vel cuicumque reus fuerit, domini sui conductu cujus cliens est, judicio parium suorum claustralium servientium satisfaciet.

(3). Item si quis de convictu alicujus canonici vel clerici non fuerit, sed beneficium ab eo habuerit et homo ejus fuerit, et de villa servitii vel visitacionis gratia ad eum venerit, eundo et redeundo ab omni jure civili liber erit, et si proclamatio in eum exorta fuerit, domini sui conductu judicio parium suorum satisfatiet proclamantibus.

a) satisfacient Ch.

b) aliquid Ch.

Digitized by Google

nerit, eundo et redeundo a jure civili liber erit.

(4). Villicus et omnes officiales ministri de villis eorum[a] liberi erunt vel domini sui conductu in refectorio Sancti Lamberti satisfacient; nullum vero teloneum persolvent.

(5). Item in domibus ad claustrales sedes pertinentibus forensis potestas jus nullum spoliandi aut ostium obserandi vel vigiles vel ostiatim denarios exigendi habebit, sed tantum inibi manens, si extra domum deprehendi potuerit, forense judicium subibit. De censu autem ipsarum domorum et de lite aliqua, quam inter se de finibus suis habuerint inibi manentes, ante ipsius terrae dominum judicio parium suorum satisfacient. — Si autem non claustralis sedis, sed mansionariae terrae domus fuerint, ipsas domos spoliandi, obserandi, habitatores capiendi jus erit fo-

(4). Villici aecclesiae et omnes officiales ministri de villis eorum et officiales ministri, scilicet pistores, coci, cellerarii, bretzedarius, campanarii et caeteri claustrales ministri ab omni jure forensi et civili liberi erunt et in se proclamantibus conductu domini vel magistri sui satisfacient.

(5[a]). Item cives in Trajecto, qui curtilia fratrum vel molendina vel alias terras infra bannum ejusdem loci possident, si constitutis terminis censum dare neglexerint vel presumpserint, vocati a camerario in capitolium ubi investiri solent, ipsi coram fratribus de negligentia et presumptione judicio parium suorum satisfacient[b]. Quod si satisfacere noluerint, terra quam possident ibidem eis abjudicetur. Si vero, postquam abjudicata fuerit, eam per violentiam obtinere voluerint, querimonia de rebellione fiet coram judicibus ville, et ipsi inde[c] pacem facient.

a) ejus Ch. b) satisfaciant F. c) eis, *das später über der Zeile zugefügt, hat* F. *aufgenommen.*

Digitized by Google

rensi potestati, excepta Sabulonaria, in qua forensis potestas nullum jus nisi in latronibus, in falsis mensuris, in seditionibus quas vulgo stuerm[a] et burinne dicimus, judicandis[b] [habebit][c]. De censu autem domorum et lite finium terrae canonicus, cujus ea fuerit, judicabit[b]. — Quod si hereditas aliquibus abjudicata[d] fuerit et eam per violentiam obtinere voluerint, querimonia de rebellione fiet episcopo, et ipse inde pacem faciet. — Quod si aliquis vel emptione vel hereditate aliquid de terra claustrali vel mansionaria obtinuerit, quando investituram requisierit, domino ipsius terrae quantum census tantum redemptionis dabit.

(5[b]). Furta et pugnae, si in domo alicujus canonici contigerint, ipse dominus domus cum caeteris canonicis inde dijudicet; si infra officinas interioris claustri contigerint,

a) stuer Ch. *Vgl.* sturma et burma (*lies:* burina) *in den Urkunden bei Martene Coll. IV, S.* 1172. 1175. 1177; *und* si quis de familia vel potestate advocati sturnum vel burinam fecerit, *Ducange VI, S.* 399 *aus einer bei Miraeus I, S.* 658 *unvollständig gedruckten, verdächtigen Urkunde Heinrich II.* (*Stumpf Nr.* 1558); impetum et burinam, *Martene Coll. I, S.* 710 (*Miraeus I, S.* 93 *unvollständig*). *Ueber* burina *s. Ducange I, S.* 817. b) indic. Ch. c) *fehlt* Ch. d) adjud. Ch.

Digitized by Google

decanus; si infra ecclesiam aut atrium, inde prepositus judicium faciet. Judex autem villae nichil eorum quae infra emunitatem claustri vel atrii vel aecclesiae contigerint judicet, neque in festo sancti Servatii a mercatoribus infra emunitatem theloneum exiget vel aliquam justiciam faciet.

(6). Item si quis suburbanus clericus domum hereditariam habuerit vel emerit et in eadem manserit, liberam ab omni jure civili obtinebit.

(6). Si quis suburbanus clericus domum hereditariam habuerit vel emerit et in eadem manserit, liberam ab omni jure civili obtineat.

(7). Item si quis servientem nostrum vulneraverit vel occiderit, ipse et omnia sua episcopali potestati adjudicari debent, et pacatio, quae congruat personae vel culpae, ipsi servienti persolvi. — De ipsis autem canonicis vulneratis vel verberatis sinodali censura judicabitur. Quod si quis negare hujusmodi reatum voluerit, non jurejurando, sed Dei judicio se expurgabit, quoniam hujusmodi contra clericos injuria emunitatis legem obtinebit.

(7). Si quis clericum vulneraverit et verberaverit, synodali censura judicetur. Si negaverit, summo judicio se expurget.

Hujus igitur rei testamentum ut ratum maneat et inconvulsum, sancitum est et

Preterea — constat (*über den Tausch zweier Höfe*). Et ut hec omnia tam

Digitized by Google

adstipulatum tot tantorum auctoritate virorum. Signum[a] Frederici Coloniensis archiepiscopi. Signum[a] Arlongi Werzeburgensis episcopi. Signum[a] Brunonis Spirensis episcopi. Testes Fredericus praepositus; Henricus decanus; Theodericus, Andreas, Henricus, Alexander, Almannus archidiaconi; Warnerus comes; Hermannus, Wibertus, Berengarius, Arnulphus, Lambertus et Wilhelmus.

Signum[b] domini Henrici quinti regis invictissimi.

Ego Adelbertus[c] cancellarius vice Rothardi archicancellarii recognovi.

Anno dominicae incarnationis 1107, indictione 15, anno autem domini Henrici quinti Romanorum regis 2. Datum [10.][d] Kal. Januarii. Actum Leodii feliciter in nomine Domini.

in legum traditione et corroborationе[e] et curtilium commutatione perpetuo stabilia et inconvulsa permaneant, hanc cartam inde conscribi fecimus et manu propria, ut subtus cernitur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domini Heinrici quinti regis Romanorum.

Ego Adelbertus cancellarius vice Rothardi archicancellarii recognovi.

Anno dominicae incarnationis 1109, indictione 2, anno autem domni Heinrici quinti Romanorum regis regni 4. Data . . . . Actum . . . Feliciter in nomine Domini.

Nr. 7 ist gedruckt bei Chapeaville, Gesta pontificum Leodiensium II, S. 54, wiederholt Lünig, Reichsarchiv XVII, S. 498. Böhmer hat, Reg. Rudolfi Nr. 203, nach der Bestätigung Rudolfs den 23. December als Datum angegeben, und Stumpf ist ihm gefolgt, Nr. 3019. — Die Urkunde für das Stift St. Servaes hat Ficker in den Acta imperii Nr. 75. aus dem Original in Haag neu gedruckt; sie scheint nicht

a) Scilicet Ch. b) Sigillum Ch. c) Albertus Ch.
d) *fehlt* Ch. e) corroboratione F.

Digitized by Google

vollzogen zu sein; ich habe den Theil wiederholt der Nr. 7 im wesentlichen entspricht: die beiden Texte erläutern sich gegenseitig.

9.

K. Heinrich V. und Erzbischof Friedrich von Köln bestätigen den Einwohnern von Staveren ihre alten Rechte. Mainz 1108 *(Jan.).*

In nomine sancte[a] et individue Trinitatis, dominica protegente [clementia[b]] Heinricus[c] rex. Notum quoque facimus omnibus Christi[d] nostrisque fidelibus tam presentibus quam futuris, qualiter nos Stavrensibus[e] omne jus, quod a Karolo rege deter[min]atum[f] est eis et institutum et ab ipsius loci probatissimis est decretum et inventum et quod ab aliis sapientibus patrisque nostri fidelibus est collaudatum, tam legale jus quam morale, et illud precipue quod comes Egbartus specialiter eis majore quodam dilectionis affectu constituit [confirmamus][g], scilicet ut cum extraneis aut etiam inter se duellum propter[h] aliquam causam non confligant, generale placitum quod dicitur bodthing non opservent, pecuniamque, quam et de perpetrato homicidio debent, exinde[i] inter se dividant, et nulli[k] alii, excepto suo comite, cui[l] priori, prout eis placuerit, partem inde distribuant, fracturas et combustiones domorum ut[m] patientur inter se, nisi ob has quatuor causas, utpote si quis hominem vel[n] mulierem interfecerit morte quae dicitur

a) Domini sancte S. b) *fehlt* S. c) Heynr. S., Henr. *als Var.* d) et S. e) Stavrencibus S. f) deterratum S. g) *fehlt* S. h) pro aliqua causa S. *als Var.* i) et inde S. k) nullus alius S. l) *Der Text ist hier offenbar corrumpiert; man kann vermuthen:* qui preest *oder* cui parent, *oder etwas dem ähnliches.* m) *vielleicht:* non. n) hominem mulierem S. *als Var.*

Digitized by Google

